Confiteor deo et specialiter dico culpam
meam quod sepissime venerabile sacramentum altaris
suscepi indignus et irreverenter accessi et recepi
accedens non preparando me prius in digna contritione
et pura confessione ac oratione et spiritualium exerciciorum
devotione. Nec postea me conservando a levitate
mentis et corporis in gratiarum actione prout sacris dignum
esset et ministerium. Confiteor etiam quod a proxima
confessione facta tali die non emendavi vitam meam
sicut proposui sed redii ad pristinas consuetudines multis
primo peccatis et negligentiis delinquendo. Primo quod transgressus
sum et feci ~~trans~~ transgrediar precepta domini
dei mei sed ex toto corde non diligendo. Nec de-
bitas gratiarum actiones pro beneficiis ab eo acceptis
referendo. Nomen ipsius sepe in vanum ore sumendo
incaute iurando et per ipsum imprecando. Diebus festivis
non sic vacando ad spiritualia sed interdum sorbendo ut
aliquid laborando. Proximum non diligo
ut me ipsum sed sepe contristo et ad iracundiam provoco
honori suo interdum detraho. In quantum actor mea
verbis et factis ipsi scandalum infero. Malis suspi-
cionibus et temerariis iudiciis dictis et factis
proximum diiudicando. Plus sua quam mea facta re-
darguendo. Et ea que dubia sunt et bona aut
fieri possunt in peiorem detorquere interpretando. Sic et pone

in specie si aliquem offendisti ¶ Confiteor etiam quod
transgressus sum precepta prelatorum et superiorum meorum Sta-
tuta etiam ordinis non sum servando ¶ Signanter quod silen-
tium frequenter in sua parte sepius vel violavi et personis diversis
et temporibus indebitis et inordinate loquendo ¶ De cella
interdum sine parte exeundo in cella inordinate me
tenendo ¶ Hic specifice dicantur. sicut etiam que inordinate facta sunt
videlicet si extra mensam bibit ¶ Si post matutinas ad lectum
redijt vel alias indebito tempore ¶ Si sine cingulo vel
caligis dormierit ¶ Si in mensa lectorem dimisit
et similia ¶ Peccavi etiam quod malas vanas et inutiles
cogitationes habui quibus non restiti sicut potui
¶ Peccavi in superbia me aliis in corde preferendo
de bonis nature et gratie me extollendo ¶ Etiam
de avaritia bona temporalia divitias honores
et huiusmodi dignitates appetendo ¶ Iram et invidiam
aliquando in corde minimis diu tenendo ¶ Peccavi per
gulam de cibo et potu ultra naturam necessitatem cum delectatione
et aviditate sepe sumendo ¶ Abstinentias regulares
aliquas vel non tales sicut debebam observando sed gravis
michi factas sine corporis debilitate libenter acce-
ptavi ¶ Peccavi per luxuriam in diversis speciebus et [illegible]
luxurie malas concupiscentias et affectiones mentis habendo
in quibus aliquam moram protraxi quandoque motio-
nibus vel delectationibus sensi in corde et similia

tacionis in corpore aliquo / Item quod ex eo audiui in alio
ex sompnolencia et tepiditate / Etiam quod sompnia lubrica
habui de mulieribus / Hic specificanda sunt si secute
sunt illusiones vel fragilitates nec / Et subiungendum
est si ista fragilitates euenerunt ex aliqua cogitacione
vel actione precedente vel si ex superfluitate cibi vel potus
vel ex dyaboli illusione / Sic deus nouit me per-
uenisse occasionem sic dico culpam / Peccaui etiam per
accidiam et negligenciam in opere diuino in choro / propter
sompnolenciam et pigriciam horas nunquam plene et attente
persolui / Lectiones et psalmodia de choro ad chorum
non sic attendebam / Et ex errore vel distractione aliqua
omisi vel obdormiui de quibus postea non satis
feci prout debui / Sic dico etiam culpam quod horas in
cella nunquam recenseui diuini. scilicet aliquando sine debitis in-
clinacionibus et veniis vel ex sedere / Et sine deuocione
et spiritus dulcedine tam in choro quam in cella. horas
canonicas et horas vigilias et agendas et psalteria ac
peculiares oraciones diuini sed tepide et negligenter.
et cum cordis diuagacione / mediis tunc stando terrena
et transitoria / Et ea que prius vidi feci vel au-
diui / Et quod magis est quasi attencius in peccato cum
delectacione. que tamen sunt medicina sunt in amaritudine
anime / Etiam quod elemosinam non deseruiui / Item
deuote oraciones pro benefactoribus meis viuis et de-
functis prout obligor ipsis / Peccaui etiam per proprie

quinque

meos interiores et exteriores quos ab illicitis non
restrinxi. Secularibus sed sepe de rumoribus et secularibus
negociis libencius quam de spiritualibus audivi. Silencium
in choro in refectorio et aliis locis non custo-
divi sed sepe video et audio [illegible] et [illegible] que
postea me inquietant in cella. Sepe in colloquiis
non sum edificatus sed magis in malum bonorum
morum et religiositatis destructivus. Multa verba
loquendo inutilia de rebus secularibus et terrenis
aliquando levitates et risum moventia. Quandoque oblocu-
toria proximum ad iracundiam et scandalum provocancia.
Adulatoria simulatoria et mendosa aliquando detracto-
ria. Dubie ut non scitu pro sciendo. Tetigi manibus eciam
illicite corpus quoque nudum et aliquando impudice tangendo
absque magna necessitate. Peccavi eciam per impacienciam quia
sed tribulaciones et adversitates impaciencius sustinui. Con-
tradixi eciam superiorum meorum et contra eos murmu-
ravi. Et aliquando eciam inobediens ipsis fui. Et vo-
luntatem dei et prelatorum meorum non omnibus
adimplevi. Peccavi eciam per inordinatam tristiciam et per
ineptam leticiam per risum et morum levitatem. Et
quod in dei vita et conversacione mea non timui neque ut
placuit sicut decet virum religiosum. Et quod de peccatis
commissis non egi penitenciam condignam sed remississime
pertransivi. Excessi in cibo et potu et sompno et
aliis commodis minus condescendi. Et quod multa

mala feci que faciliter vitasse(m) et vitare potuis-
sem. Et quod multa bona omisi per negligentiam que
faciliter potuissem fecisse et merita cumulare. Et
quod omnia peccata mea nimis sero confessus ita plene et
perfecte sicut deus novit me ea commisisse. Ideo
tacta contritione et displicentia et firmo proposito ab-
stinendi sicut in esse naturae et intimius et deo ac-
ceptius de hiis et aliis omnibus commissis et omissis
sicut ut ignorant quod deus et proximum sicut deus
scit me deliquisse dico culpam meam coram
deo et vobis et peto penitentiam et absolutionem et te
precem orare pro me apud deum.

Sed nota quod hec forma confitendi posita est
non ut semper omnia et singula prout posita sunt
proponantur sed quod in exemplis et simplici modo
habeat confitendi ea in quibus deliquit. Item

Sequitur oratio dispositiva ad digne suscipiendam absolutionem

Misereatur tui omnipotens deus per intercessionem beate Marie
et omnium sanctorum et dimittat tibi omnia peccata tua et perducat ad
vitam eternam
Respondit confessus Amen

Sequitur forma absolutionis

Dominus noster Jesus Christus te absolvat et eius auctoritate
ego absolvo te in nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen

Sequitur oratio optativa

Passio domini nostri Jesu Christi, merita beate Marie et omnium sanctorum,
suffragia sancte matris ecclesie et cuncta bona que
fecisti prosit tibi in remissionem omnium peccatorum vestrorum. Amen. Item
ultimo iniungatur confessori dicendum deo gratias vel dominus sit in medio vestri

Actus buha...

...ue de acce... ut de plu...
...ge tractatum sin... contra c...
Sepe ad sacra ministe...
...tus cantare magis...
...latore ... in cordis...
Retencia loquendi ut a...
...portunitate ut colludi...
Ad ... ut cultella ut ...
...desiderium. Item confessus ...
...rei vilitatem. ...
...quantum debui ...
...meis me aliquotiens ...
...virtutibus et orare lapsa...
Ad ... me esse ...
...quod non valebam ...
...volebam ...
...ad mala ...
...numquam eo modo ...
...confessus sum ...
...vetustatem ...
...obis non sum confess...
...sicut debui ...
...tam non studui ...
...posse meo ...
...secula ...
...opposui ...
...admisi ...
...debita mea ...